

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Delineatio pandectarum - Cod. Ettenheim-Münster 76**

**[S.l.], [18. Jahrh.]**

Liber 50

[urn:nbn:de:bsz:31-108646](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-108646)

Lib. 49.

7 Sicuti

7 l. 3. §. 1. ff. de muner.

Qui habentes ignorantia juris positivum, non tenentur naturalis. l. 1. C. qui et fact. ignor. 2<sup>do</sup>.  
Si miles aliquid solvit, atque putat se indebitum solvisse, ad probandam indebiti solutionem non potest adstringi, l. 25. §. 1. ff. de probat. 3. Res publicae causa absentis in integrum restituitur; ita à muneribus sunt immunes. 7. 24. Beneficium habent competentia, l. 6. et 18. ff. de re judic.

Tit. 19.

### De castrensi peculio

Q. 1. Quid sit peculium castrense? Q. Quod filio familias in militia agenti à parentibus, vel aliis est donatum, vel ex causa militiae acquisitum, quod non haberet, nisi militaret, l. 11. ff. h.

Q. 2. Quae sint in eo privilegia? Q. Filius familias in eo est loco patris familias, l. 2. ff. h. de sc. tu. Maced. et plenum habet dominium, et administrationem cum potestate quolibet modo inter vivos vel ultimam voluntate disponendi.

Tit. 18.

### De veteranorum privilegiis

Veterani dicuntur, qui legitima 20 annorum stipendia confecerunt, sed quia tunc honeste dimitti solebant; idcirco veteranus in jure accipitur pro eo, qui honestam dimissionem impetravit, et militi opponitur, l. 1. ff. h.

Lib. 50.

## Liber 50

Tit. 1.

### Ad Municipale et de incolis

~~iste titulus pro praesenti Republica germanica rantiis est omitt. debet, ait Beckman~~

Tit. 2.  
~~De Recursibus et filis eorum.~~  
Eade est ratio de hoc titulo ac de priori.

Tit. 3.  
De alio ~~fontando~~  
Et ~~de~~ <sup>de</sup> ~~alio~~ ~~fontando~~ ~~co~~ ~~passu~~ ~~cum~~ ~~2~~ ~~pr~~ ~~inc~~ ~~ib~~ ~~u~~ ~~s~~ ~~q~~ ~~u~~ ~~e~~ ~~amb~~ ~~u~~ ~~l~~ ~~u~~ ~~r~~ ~~e~~

Lib. #450

2

Tit. 4.  
De municipibus et honoribus

142

Q. 1. Qui sint municipes? R. In genere  
sunt cives sui cuiusq. civitatis, sic dicti, quod munera  
civilia capiant.

Q. 2. Quid faciat municipem? R. Sicut Nati-  
vitas seu origo, et adoptio, qua originem naturale  
imitatur, adoptatus enim est municipis civitatis, in qua  
pater adoptivus est, l. 1. pr. ff. h. Præterea fit quis civis  
sive municipis assumptione, quando necesse est  
ipfi jus civitatis conceditur, l. 7. C. de incolis

Q. 3. Quae intervenire debeant in assumptione? R. d.  
Examen assumendi et in ejus conditione investigatio  
Non Nov. 80 C. 9. §. 1. Non enim recipiendi, infan-  
nes, nec heretici, nec Judei, nec aliorum <sup>locum</sup> cives, et  
subditi, nisi documentum attulerint à magistratu  
sub quo antea vixerint, sui disceptis, et quomodo  
se gesserint. Præterea. 2. In assumptione  
civis requiritur solutio pecunie certa et  
juramentum, quo obsequium magistratui, et  
boni publici observatio promittitur. Inst. v.  
h. ff. 50 et 51.

Q. 4. Quid in municipibus receptum sit? R. ut  
cogantur tam ad munera personalia, quàm realia, <sup>7 seu potius onera</sup>  
sive sint Patres sive filij, ibi, unde origi-  
nem ducunt, l. 6. ff. h. pariter quoq. fruuntur  
omnibus commodis municipij

Q. 5. Qui sit incolae? R. is, qui domicilium in  
civitate, seu oppido constituit, et nec jus civitatis  
sive municipij impetravit, nec jus suffragij hac-  
tenus sortitus est, l. 20. ff. h. ad munera tamen  
Q. 6. civilia compelli potest, l. 29. ff. h. Quali-  
ter vero constituatur domicilium dicitur in l. 2. de acq.  
l. 9.

Lib. 90

Tit. 2.  
De Decurionibus et filiis eorum.

Iste titulus pro republica praesenti Germanica in-  
datus est

Tit. 3.

De albo scribendo.

Eadem est ratio de hoc albo ac de priori

Tit. 4.

De muneribus et honoribus

Q. 1. Quid sint munera? R. in genere sunt  
praestationes, quae salutem rei publicae concer-  
nentes, quas necessario iubimus lege, more,  
imperiove eius, qui iubendi habet potestatem  
Struv. hic thes. 59.

Q. 2. Quotuplicia sint? R. <sup>triplicia</sup> sunt perso-  
nalia, patrimonialia, mixta. Personalis sunt,  
quae corporalis laboris intentione, et animi provisione  
sed tamen sine sumptibus expediuntur, cuiusmodi munus  
est tutela, et cura. Patrimonialia sunt, quae ex  
patrimonio, seu bonis ea possidenti, praestantur, ut  
tributa collectas et similia, quae a principibus, vel magis-  
tratus imponuntur, suntque ordinaria, et extraordina-  
ria. Denique mixta sunt, quae et persona operam  
et simul sumptus exigunt, qualia sunt opera  
rusticorum

7 ius territorij  
habente  
gerentis

Tit. 5.

De vacatione et excusatione  
munerum

Q. 1. Quomodo vacatio à munere distet ab eorum  
excusatione? R. haec habet pro fundamento legitimam  
causam, illa vero indulgentiam principis. Munera  
igitur delata omnes, nisi legitimam habuerint cau-  
sam, subire debent, l. g. §. h.

Q. 2. Propter quas causas detur excusatio? R.  
In personalibus. d. propter aetatem, l. 3. C. qui aetate  
ut ob senectutem. Minores vero 25. annis ad ho-

nores et rem publicā administrandā non admittua-  
tur, l. 8. ff. De muner. . 2. propter numerum  
liberorum putā qui ad tutelā et curā . 3. ob ad-  
versa valetudinem, ac aliis multis causis, & De quibus  
vid. Widm. h.

Lib. 50. 143

Tit. 6.

De jure immunitatis

Q. 1. An non possint aliqui esse singulariter  
immune, & à muneribus ex beneficio principis? R.  
affirm. sic ab onere hospitalitatis immune sunt aedes  
Clericorum, militum Doctorum, qui etiā imo ista  
persona immune sunt ab omnibus muneribus, reali-  
bus et personalibus. Idem etiā si immunitatem  
sortiantur, aedificia religiosa.

Q. 2. Quid dicendum de viduis Doctoribus? R.  
Hae immunitas etiā ad viduā pertenditur, quan-  
diu manet in statu viduitatis, tantum enim tem-  
pore domicilium mariti retinere videtur. Max.  
p. 4. de iur. 117. omnesq; dignitatis maritalis pra-  
rogativas conservare creditur, l. ult. C. de  
jurd.

Tit. 7.

De legationibus

Q. 1. Habeantne Legati vacationē à muneribus?  
R. affirm. non tantum tempore legationis, sed et  
post eam usq; ad biennium.

Q. 2. Quis proprie Legatus dicatur, et quae possit?  
R. qui respublicae nomine missus est; Legatus  
vero esse nequit qui postulare non potest.  
Sed de legationibus in jure publico plura.

Tit. 8.

De administratione rerum ad  
civitatem pertinentium

Q. 1. Quid sit officium eorum, qui administrant  
res civitatum? R. ut rationes secundum fidem  
datorum et acceptorum ponant, l. 2. §. 2. ff. h.  
fundos respublicae locent, et omnia faciant, uti  
viri boni facerent.

Lib. 90.

Q. 2. Quam culpam praeferre debeant? R. Latam et leuam, l. 6. ff. h. si negligentiores in rebus di-  
trahendis fuerint, tenentur in simplum. ob frau-  
dem autem in duplū conueniuntur, l. fin. §. ff. h.

Q. 3. Debeatne unus alterius collega nomine  
teneri? R. Debet si interuenire, et prohibere  
eum potuerit, d. l. fin. §. 8.

Q. 4. Debeatne administrator pericula no-  
minum praestare? R. affirm. si tempore adminis-  
trationis sua deteriora facta fuerint, l. fin.  
§. per. ff. h.

Tit. 9.

De Decretis ab ordine faciendis  
Iste Titulus hodie inutilis est.

Tit. 10.

De operibus publicis

Q. 1. Qua sint opera publica? R. sunt por-  
tae muri, turre, ualla, balnea, theatra publica  
aqua ductus, et similia ad utilitatem civitatis per-  
tinentia.

Q. 2. Quid juris in operibus publicis? R. in  
iis nihil fieri debet inconsulto principe  
l. per. ff. h. Nec inferri potest ullius quam  
principis nomen et illius, cuius liberalitate  
opus est factum, l. 2. ff. h.

Tit. 11.

De Nundinis

Q. 1. Quis possit constituere nundinas? R.  
solum princeps, et cum constituta fuerint,  
non utendo decenni tempore amittuntur, l. 1.  
ff. h.

Q. 2. Qua sint privilegia nundinarum? R.  
In iis ob debitum privatum nemo conueniri,  
praecludi, vel arrestari potest, saltem quando agitur  
de rebus contractibus ante initis, l. un. C. h. aliter

caeterum  
quis de iis, quae in mundanis fiunt, actio iuste  
institui, quoniam et persona arrestari possunt.

Lib. 50. 144

Tit. 12.

De pollicitationibus

Dicitur est tamen, ad quae obligetur civis rei pu-  
blicae, ex ipso jure personarum, superest obligatio  
oriens ex facto, nimirum ex pollicitatione.

2.1. Quid sit pollicitatio? R. est spontaneum  
et nudum <sup>offerentis</sup> promissum. fitque vel Deo, et dici-  
tur in specie votum, vel reipublicae, et tunc talis  
pollicitatio, si ex causa sit facta, aut promissum  
pollicitari implere coeperit, ita obligat, ut  
datur reipublicae actio personalis.

2.2. Quid si pollicitatio facta sit privato?

R. Licet in foro conscientiae sit obligatio ad implendum  
promissum, at in foro fori nulla datur actio  
personalis, eo minus, quod alteri nullum jus ex  
tali <sup>post</sup> pollicitatione nascatur petendi. Ratio  
est, quia pollicitatio est nudum offerentis promissum  
nudum acceptatum, consequenter in altero ~~nudum~~  
est jus ~~quasi~~ at tale promissum licet in nobis  
parere possit obligationem, non tamen jus in alio.  
ergo.

Tit. 13

De extrao  
De extraordinariis cognitionibus, effi-  
judex litem suam fecisse dicatur.

Prior <sup>pars</sup> hujus tituli rubrica nihil inseruit ad pra-  
sentem reipublicae statum. Quoad ad 2. dam <sup>ad</sup>  
solum notandum est, quod iudex datus, si male  
iudicat, litem suam facere dicatur, si nempe  
ut si per imperitiam id fecerit, ex quas. Delicto  
decreatur actione in factum et arbitrio superioris  
puniatur, l. ult. ff. h. Si autem dolo malo id  
fecerit, veram litem aestimatione praestare cogi-  
tur, atque infamia notetur, l. 1. de iudic. l. 2.  
c. de poen. iudic. qui male iudic.

## De proxeneticijs

Q. 1. Quid sint proxenetia? R. Sunt remunerationes, quae solvuntur eis, qui praestant contractibus operam in negotiis contrahendis. v.g. si pecunia foeneri exponere proponam, peto à Proxeta, ut perquirat mutuatarium, si quē invenerit, pro opera sua mercedem accipit.

Q. 2. Quid si ego ei non remunerationē dare recusarem? R. Tunc ex hoc tit. oritur actio in factum, qua convenior, ut secundum qualitatem opera merces seu salariū sequatur, l. 3. C. h.

Q. 3. Teneaturne Proxeta, actione mandati, quod praefuerit mutuo contrahendo? R. Negat. quia ~~solum mandabat~~, nec refert, quod laudavit <sup>v.g.</sup> titium Mutuatarium, id est approbarit, cum esse idoneū, quia per hoc nondum mandat, sed tantum monstrat, excipere nisi dolo titium laudavit, l. 2. ff. h.

7 nomen

## De censibus

Q. 1. Quomodo distinguatur census? R. Census solet praestari vel ratione personarum per hominum capita, l. 3. ff. h. vel ratione rerum, praecipue quidem immobilium, l. 4. ff. h.

Q. 2. quis praestare census onera debeat? R. omnis qui rem possidet, et ex ea fructus percipit; Item. h. ff. g. i.

## De verborum significationibus

Q. Quid comprehensum sit h. t. R. quae sit nomina, verborum et rerum, quae per nomina exprimuntur significatio. Pro h. t. aliquas regulas hic subiicit, videlicet.

## De regulis juris

Q. Quae sint regulae juris? R. Sunt definitiones, quae rem breviter explicant, et quae, quomodo et actionata, de quibus alibi diximus.

Finis